

consistat. Hepar enim intumescit, & astante osseis ratis operatur, expanditur ad septum usque. Hinc angustia & oppressionis sensus ini^{ti}o paroxysmorum.

Causa 1. epidem. comm. 2.t.73. si in febre ardente, ait, aurium sonitus cum caligine, proveniatque in naribus gravitas, mente ex melancholiâ aberrant.

Focus juxta Galenum hunc locum de febre ardente explicantem, est in cerebrô, propter collectam in eô bilem, quæ inflammationem excitat.

Ballonius libro de virginum & mulierum morbis pag. 104. docet, distinguendam tunc esse febrem hanc ab alterâ, quæ fit non coacervatâ in cerebrô materia, sed in venis inferioribus refide, à qua flatuosa exspiratio suscitatur delirium excitans. Nam cujus febris ardoris materia in cerebrô mansionem habet, illa continuam habet desipientiam, & symptomata non ita fugacia. Quæ verò febris materiam habet in aliis partibus, non habet desipientiam continuam.

Idem lib. 2. epidem. & ephebem. pag. 123. focus aliquando esse in capite, aliquando in ventre, afferit, & has essentiales ardentes vocat.

Horatius Augenius etiam determinatam partem in causâ laborare statuit: quando sanguis biliosus expellitur extra venas ad carnes ventriculi, hepatis, pulmonis, in quibus vel erysipelas, vel phlegmone ἐρυσίπελατώδης concitetur. Ex hâc enim carnium affectione tûm ardorem magnum per universum corpus, tûm similitudinem incomprehensibilem excitari adfirmat.

Helmontius libro de febribus cap. 10. t. 4. 5. &c. febrium tam continuarum, quam intermittentium NIDUM in primis constituit officinis, eumque extendi ait à pylorô usque ad duodenum, & vasa ibidem multiplicia, intestina, item venas mesenterii, lienem: & hepar.

Alia insuper loca extant, in quibus Galenus τὴν ἑστίαν & καύσην focus causa determinat TOTUM CORPUS & MINORES & EXTERNAS, in eō quæ occurunt, VENULAS. Nam *comment. 4. apobor. 58.* καῦσον γδ̄ οἰδαμεν, scribit, γιγγόμενον, ὅταν δέρνη ὡραίαν ζηγγά-